SANCTISSIMI IN CHRISTO PATRIS ET DOMINI NOSTRI DOMINI

PII

DIVINA PROVIDENTIA

PAPÆ NONI

LITTERÆ APOSTOLICÆ

QUIBUS

UNIVERSITAS LAVALLENSIS

JAM LITTERIS REGIIS AMPLISSIMIS
DOTATA

CANONICE ERIGITUR

QUEBECI
TYPIS P.-G. DELISLE
MDCCCLXXVI

A l'Hon. Edward Blake,
Ministre de la justice
De la part de l'Université Laval
Thos. E. Hamel
Recteur —

SANCTISSIMI IN CHRISTO PATRIS ET DOMINI NOSTRI DOMINI

PII

DIVINA PROVIDENTIA

PAPÆ NONI

LITTERÆ APOSTOLICÆ

QUIBUS

UNIVERSITAS LAVALLENSIS

JAM LITTERIS REGIIS AMPLISSIMIS
DOTATA

CANONICE ERIGITUR

QUEBECI
TYPIS P.-G. DELISLE
MDCCCLXXVI

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Venerabilibus Fratribus Elzearo Alexandro Taschereau Archiepiscopo Quebecensi cæterisque Episcopis Regionis Canadensis nec non Dilectis Filiis Thomæ Stephano Hamel Rectori aliisque Professoribus Catholicæ Universitatis Lavallensis in Urbe Quebeci.

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

INTER varias sollicitudines, quibus pro injuncto Nobis Apostolico munere rite obeundo undique angimur, illam libenter amplectimur, per quam ubique locorum litterarum studio vacare cupientibus, illarum addiscendarum occasio et commoda opportunitas tribuatur, ut errores, qui ob litterarum inscitiam plerumque enati, quique Sacram Christianæ Reipublicæ doctrinam deturpant, penitus si fieri possit, destruantur; quavis enim ætate experientia docet ad id obtinendum plurimum contulisse publicas studiorum Universitates.

Jamdudum Venerabiles Fratres Archiepiscopus Quebecensis Petrus Flavianus Turgeon, cæterique Episcopi Regionis Canadensis Nobis per Sac. Congregationem Christiano nomini propagando præpositam significaverunt, sibi in votis esse ut Catholica Universitas in Urbe Quebeci canonice erigeretur.

Cum vero illa Universitas sub patrocinio B. M. Virginis sine labe conceptæ a Seminario Quebecensi viginti quatuor abhinc annis fundata sit prævio S. Sedis beneplacito plenoque civilis potestatis consensu, ac nuperrime Venerabilis Frater Elzearus Alexander Taschereau Archiepiscopus Quebecensis, nec non Dilectus Filius Thomas Stephanus Hamel ejusdem Universitatis Rector supplices Litteras pro canonica institutione impetranda Nobis porrexerint, Nos per eosdem Venerabiles Fratres S. R. E. Cardinales Sac. Consilii Christiano nomini propagando in generali conventu diei VIII Maii MDCCCLXXVI. coadunatos, compertum habentes, Quebeci Urbem Catholicæ Religionis in America Septentrionali veluti Metropolim habendam esse, ex eo quod sexaginta Diœcesum mater existat, ac insuper facilem ad eam patere accessum ex omnibus Canadensis regionis partibus, compertum præterea habentes, Universitatem, cujus institutio canonica expostulatur, vastissimis ædificiis qua artis opificio, qua sumptus magnificentia admiratione dignis, copiosa bibliotheca variisque lectissimis museis in omnigenæ

scientiæ subsidium exornari, ac sapientium virorum magisterio et moderatione gubernari, quorum plures in hac ipsa SS. Apostolorum Petri et Pauli Urbe apud Archigymnasium Gregorianum Societatis Jesu et S. Apollinaris scholas doctrinam hauserunt, reique Christianæ ipsique civili Societati uberrimos fructus attulisse, adolescentibusque a morum corruptela cohibendis, magnis extructis ædibus ad eorumdem institutionem sub solertium Sacerdotum disciplina providisse, atque ampliora exin in Religionem et bonos mores commoda expectari posse, censuimus prædictam Universitatem canonice et celebriorum Universitatum pariformiter et æque principaliter erigere instituere et confirmare.

Ad mentem vero eorumdem Venerabilium Fratrum Nostrorum volumus et decernimus, ut hæc institutio ea lege fiat, ut ejusdem Universitatis Protector sit Præfectus pro-tempore prædictæ Sac. Congregationis de Propaganda Fide, quo munere hodie auctus est Dilectus Filius Noster Alexander Tituli S. Mariæ Transtyberim S. R. E. Presbyter Cardinalis Franchi nuncupatus, et Cancellarii Apostolici munere fungatur Archiepiscopus Quebecensis, atque eidem Universitati jus sit Doctoratus lauream aliosque inferiores gradus academicos in singulis facultatibus ad consueta Universitatum Statuta conferendi, ac ut doctrinæ et disciplinæ, id est fidei ac morum suprema vigilantia penes Archiepiscopum et Epis-

copos omnes Provinciæ Quebecensis seu Canadæ inferioris extet, in cæteris vero omnia esse moderanda juxta sententiam Sac. Congregationis de Propaganda Fide editam Die I. Februarii MDCCCLXXVI. et juxta ipsius Universitatis leges, quarum congruentiam et utilitatem diuturna experientia probavit.

Cum vero Magnæ Britanniæ Regina Victoria jampridem Universitatem amplo adprobationis diplomate, cui in nulla re derogatum volumus, muniverit et cohonestaverit, plenamque propterea magisterii libertatem concesserit ; hinc censuimus ex eorumdem Venerabilium Fratrum Nostrorum consilio, ut eadem Regina et gubernia tum Fœderale tum Provinciale Quebecense, adductis de causis, debitis laudibus cumulentur.

Tandem vehementer hortamur Episcopos Quebecensis Provinciæ, ut eidem Universitati Lavallensi, quæ tam luculenta exhibuit et exhibet sanæ doctrinæ et integritatis fidei testimonia, eorum Seminaria et Collegia aggregare curent, ut ita alumni magis magisque idonei ad eamdem frequentandam reddantur ; omnibus vero Archiepiscopis et Episcopis Dominationis Canadensis commendamus, ut bonæ spei adolescentes in ipsam Universitatem mittere studiorum causa satagant et parentibus suadeant ne filios suos propriæ libertati permissos, in Quebeci urbe vagari sinant, sed potius in illis recipi hospitalibus ædibus unice ad eorum moralem

institutionem facilioremque scientiarum progressum, tot tantisque sacrificiis per Seminarium Quebecense a solo extructis, quibusque manutenendis in studiosæ juventutis commodum, summa liberalitate Professores ac Moderatores ipsi, majorum suorum exempla sequuti, concurrere non destiterunt.

Præsentes vero Litteras et in eis contenta, etiam ex eo quod in præmissis interesse habentes seu habere prætendentes, ad hoc vocati citati et auditi non fuerint, aut ex quibusvis aliis causis occasionibus vel prætextibus de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio seu intentionis Nostræ, vel quovis alio defectu, notari impugnari aut alias infringi vel quomodolibet retractari suspendi restringi limitari, vel eis in aliquo derogari nullatenus posse easque omnino sub quibusvis constitutionibus revocationibus limitationibus derogationibus modificationibus decretis vel declarationibus generalibus vel specialibus, etiam motu scientia et potestatis plenitudine similibus, minine comprehendi ; sed semper ab illis exceptas et perpetuo validas firmas et efficaces esse et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac ab omnibus ad quos spectat et spectabit quomodolibet in futurum, perpetuo et inviolabiliter observari, ac dictæ Universitati, ut præfertur erectæ, illiusque personis perpetuis futuris temporibus plenissime suffragari debere : sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios vel delegatos, etiam Causarum Palatii

Apostolici Auditores ac etiam S. R. E. Cardinales, censeri, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et interpretandi facultate et auctoritate, judicari et definiri debere, ac si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari irritum et inane decernimus.

Quocirca Dilecto Filio Nostro Alexandro S. R. E. Presbytero Cardinali Franchi nuncupato Sac. Nostræ Congregationis de Propaganda Fide Præfecto, ejusque Successoribus pro-tempore existentibus, per Apostolica Scripta mandamus, eique facultatem auctoritatem omnimodamque jurisdictionem tribuimus et elargimur; ut ipse præsentes Nostras Litteras et in eis contenta exequi curet, eidemque Universitati et illius personis efficacis defensionis præsidio assistens, faciat Nostræ et Apostolicæ Sedis auctoritate ipsas præsentes et in eis contenta hujusmodi ab omnibus ad quos spectat et pro tempore spectabit, inviolabiliter observari, ipsamque Universitatem illiusque personas quas præsentes concernunt, omnibus et singulis harum tenore elargitis pacifice frui et gaudere, contradictores, servatis servandis, compescendo.

Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra et cancellariæ Nostræ Regula *de jure quæsito non tollendo*, aliorumque Prædecessorum Nostrorum Romanorum Pontificum editis generalibus vel specialibus constitu-

tionibus et ordinationibus, dictæque Universitatis Statutis, Indultis quoque et Litteris Apostolicis sub quibuscumque tenoribus et formis; quibus omnibus et singulis, etiamsi de illis eorumque totis tenoribus specialis specifica expressa et individua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio seu quævis alia expressio habenda, aut alia quævis exquisita forma servanda foret ad hoc, illorum omnium et singulorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, latissime et plenissime derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem quod earumdem præsentium transumptis, etiam impressis, manu tamen alicujus notarii publici subscriptis et Sigillo Personæ in ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ vel ostensæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ erectionis institutionis confirmationis subjectionis Indulti hortationis mandati derogationis et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Octingentesimo Septuagesimo sexto-Idibus Maii-Pontificatus Nostri Anno XXX.

F. CARDINALIS ASQUINIUS

C. GORI SUBDATARIUS

VISA

De Curia J. De Aquila e Vicecomitibus

Loco ✠ *Plumbi*

I. Cugnonius

Reg. in Secretaria Brevium.

APOSTOLICAL LETTERS

OF

OUR MOST HOLY FATHER THE POPE

PIUS IX

CANONICALLY ERECTING THE

LAVAL UNIVERSITY

ALREADY MOST GRACIOUSLY ENDOWED
WITH A ROYAL CHARTER

PIUS BISHOP

SERVANT OF THE SERVANTS OF GOD

To Our Venerable Brothers Elzéar Alexandre Taschereau, Archbishop of Quebec, and the other Bishops of Canada, to Our Well-Beloved Sons Thomas Etienne Hamel, Rector, and other Professors of the Catholic Laval University, in the City of Quebec.

HEALTH AND APOSTOLICAL BENEDICTION.

Among the manifold cares imposed on Us on all sides by the faithful discharge of Our Apostolical Office, there is one which we bear most willingly: that of providing all those who are desirous of applying themselves to the study of letters, with an occasion and opportunity of becoming acquainted with them: so as, if possible, to overthrow those errors which usually spring from ignorance of letters, and which disfigure the Sacred Doctrine of the Christian Republic; and the experience of all ages teaches us that Universities have powerfully contributed to this end.

Long since, Our Venerable Brothers, the Archbishop of Quebec Pierre Flavien Turgeon, and the other Bishops of Canada, had made known to Us, through the Sacred Congregation charged with the propagation of the Christian doctrine, the desire that a Catholic University be canonically erected in the city of Quebec.

This University, placed under the protection of the Blessed Virgin Mary conceived without sin, was founded, twenty four years since, by the Seminary of Quebec, which had secured the approbation of the Holy See, and the full support of the civil power. Late'y, Our Venerable Brother Elzéar Alexandre Taschereau, Archbishop of Quebec, and Our Well-Beloved Son, Thomas Etienne Hamel, Rector of the said University, have presented to Us a petition to obtain the canonical erection thereof. By the testimony of Our Venerable Brothers, the Cardinals of the Holy Roman Church, attached to the Sacred Congregation charged with the propagation of the Christian doctrine, and united in general assembly on the eighth day of May eighteen hundred and seventy six, We have assured Ourselves of the following facts, namely : that the city of Quebec must be regarded as the Metropolis of the Catholic Religion in North America, since she is the mother of sixty dioceses ; that this city is of easy access to the inhabitants of all parts of Canada ; that the University, of which the canonical erection is solicited, is possessed of

extensive edifices worthy of admiration both as regards their artistic beauty and their costliness; that it contains, moreover, a rich library, varied and well chosen museums, fitted to aid in the acquisition of all the sciences; that it is under the control and direction of men full of wisdom, many of whom have drawn learning and doctrine, in this very city of the holy apostles Peter and Paul, in Our Gregorian University of the Society of Jesus, and the classes of St. Apollinaris; that it has already produced the most abundant fruits both as to the Christian Religion and civil Society, by protecting the students from the corruption of their morals, through the construction of vast edifices where they reside under the supervision of experienced priests; that still greater advantages to Religion and morals may be henceforth expected: wherefore, We have decreed canonically to erect, institute, and confirm the said University on the same bases, and with the same titles and the same privileges as the most celebrated Universities.

According to the desire of these Our Venerable Brothers, We ordain and decree that this institution be established on the following conditions, to wit: the Protector of the said University shall be the Prefect *pro tempore* of the above mentioned Sacred Congregation of the Propaganda, an office held at the present day by Our Beloved Son Alexander Franchi, Cardinal Priest of the Holy Roman Church, bearing

the title of St. Mary *in Trastevere;* the Archbishop of Quebec shall hold the office of Apostolic Chancellor; the said University shall possess the right to confer the honors of the Doctorate and the other inferior academical degrees in each of the faculties, according to the ordinary rules of Universities; the high superintendence over doctrine and discipline, that is, over faith and morals, shall be intrusted to the Archbishop and to all the Bishops of the Province of Quebec, or Lower Canada; every thing else shall be regulated according to the decision given by the Sacred Congregation of the Propaganda dated February the first, eighteen hundred and seventy six, and according to the rules of the said University, the wisdom and utility of which long experience has proved.

But as the Sovereign of Great Britain, Queen Victoria, has long since endowed and enriched the University with a Charter containing the most ample privileges, and from which We want in nothing to derogate; and as Her Majesty has given to the said Institution full liberty of self government, following the advice of Our Venerable Brothers, We are happy, for the above given reasons, to bestow well merited praises on Her Majesty the Queen, on the Federal Government, and on the Government of the Province of Quebec.

Finally, We strongly exhort the Bishops of the Province of Quebec to procure the affiliation of their Semi-

naries and Colleges to the Laval University, which has given and still gives so many proofs of the soundness of its doctrine and the integrity of its faith ; so that the students may be more and more fitted to frequent this Institution. We exhort also all the Archbishops and Bishops of the Dominion of Canada to do all in their power to send to study at this University young men of good promise, to persuade parents not to allow their sons to enjoy their liberty, by wandering through the City of Quebec, but rather to send them to this boarding school, expressly built to guard their morals, and to facilitate their acquisition of sciences ; a boarding school erected by the Seminary of Quebec at great sacrifice ; a boarding school to the support of which the professors and directors themselves, following the example of their predecessors, have contributed with such great liberality, and solely for the benefit of studious youth.

We decree that the present letters and their contents can, in no way, be censured, impugned, infringed, withdrawn, suspended, restrained, lessened, derogated from in any point, either because persons interested in this matter or pretending to be so, had not been called, summoned or heard, or for any other reason, occasion or pretext arising from subreption, obreption, nullity, or want of intention on Our part ; We moreover will that these present Letters be in no way comprised in the constitutions,

revocations, restrictions, derogations, modifications, ordinances, declarations whatsoever either general or particular, even those which this Apostolic See might make of its own accord, by its sure knowledge and plenitude of power; but that they be always excepted therefrom and remain perpetually valid, stable and efficacious; that they take and produce full and entire effect, and be perpetually and inviolably observed by all those whom they may concern, or may in future concern in any way whatever; that they be for ever and ever a sovereign support to the University erected as above said, as well as to all its members; and in the way already said, it must be held, judged and defined by all judges whatever, either ordinary or delegated, even by the Auditors of the causes of the Apostolic Palace, as well as by the Cardinals of the Holy Roman Church, all power and authority to judge and to interpret otherwise being taken from all and every one of them, so that should any one, knowingly or through ignorance, violate what has been above decreed, his judgment would be null and void, no matter what his authority.

Wherefore, We enjoin, by Apostolic Rescript, on Our Beloved Son Alexander Franchi, Cardinal Priest of the Holy Roman Church, Prefect of Our Sacred Congregation of the Propaganda, and his successors *pro tempore*, to see that Our present Letters and their contents be executed, and, to that purpose, we give and accord to him full faculty, authority, and jurisdiction

of any kind, that he may efficaciously support and defend the University and all its members; that he may take care that These Our present Letters, and their contents, be inviolably observed by whom it concerns, or may concern later; that he may so act that the University itself and its members may peacefully enjoy and rejoice in the advantages assured to them by the tenor of these present Letters; and that, if need be, he may repress all opponents, observing what is of right.

Notwithstanding, as much as need be, Our Rule and that of Our Chancery *de jure quæsito non tollendo;* notwithstanding the general edicts of Our Predecessors the Roman Pontiffs, or Their special constitutions and ordinances; notwithstanding the regulations of the said University, or the Indults and Apostolic Letters of whatever tenor and form; from which documents and every one of them we derogate, as largely and fully as possible, for the carrying out of the present Letters, for this once only, even were it necessary therefor to insert here the whole tenor thereof, to make special, specific, express and individual mention thereof, and not only by general clauses bearing this meaning, or to express them in any other way, and to employ any particular form; we ordain by the tenor of these present Letters that all the said tenor, mentions, clauses, expressions and forms, while they remain elsewhere in force, be regarded as fully and sufficiently expressed and inserted, notwithstanding all things contrary thereto.

We moreover ordain that to the copies of the present Letters, either manuscript or printed, provided they bear the countersignature of a public officer, or the seal of an ecclesiastical dignitary, be given absolutely the same faith that would be accorded to the present Letters, if they were exhibited and shown.

Let no man then dare rashly to infringe or contradict this writing by which We erect, institute, confirm, submit, accord, exhort, ordain, derogate, and express Our will. This should any one presume to attempt, let him know that he will incur the indignation of Almighty God, and of the Blessed Peter and Paul, His Apostles.

Given at Rome, near St. Peter's, on the 15th day of May, the year of the Incarnation of Our Lord, one thousand eight hundred and seventy-six, of Our Pontificate the XXX year.

F. CARDINAL ASQUINI.

C. Gori, Subdatarius.

VISA.

De Curia J. De Aquila, e Vicecomitibus.

Place ✠ *of the leaden Bull.*

I. Cugnonius.

Registered in the Office of the Briefs.